



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 5. Scandia, seu Scandinauia, la Suede & la Noruege.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

GERMANIA ANTIQVA,

illicò cum marito ad venationem pergit. Deos ac Dæmones plurimos colunt, sed Deorum maximum arbitrantur Martem, cui mactant primum ex hostibus quem ceperunt: priùs hunc suspendunt viuum ex arbore, indéque inter vepres & senticeta raptant, sicque miserè excruciatum conficiunt.

GOTHORVM antiquorum hi mores commemorantur à veteribus. Ferè tantùm pellibus vestiti incedunt, sordido cultu, Fœminæ paulo elegantiori. Duellis seu Monomachiis erant deditissimi, his sibi gloriam, sibi pulchras vxores comparabant. In Comitia sua procedebant armati scuto, galeâ, lanceâ. Cùm audiebant inaëre strepitus, sagittas eò collineabant quasi Diis suis laborantibus opem laturi. Vtibantur in bello rotis armatis ferro, & vneis, quas peritè immitebant in hostes, & iisdem fese muniebant. Principum demortuorum cadauera, aut suspendebant ex arboribus, aut comburebant Iunipero. Templum habebant magnificentissimum totum obductum auro, in eo tres statuæ Deorum. Qui stabant in medio dicebatur *Thor*, præerat ille aëri & tempestatibus, hic erat Iupiter. Alij duo *Voda*, & *Fricco*, seu *Friga*, hic voluptatibus præerat, ille bello. Nono quoque anno hic siebat publicum sacrificium à quo nemo eximebatur, ex omni animali quod masculum esset nouem capita Diis offerebant, & cadauera suffigebant arboribus quæ ab eo tactu sacræ siebant.

§. 5. Scandia, seu Scandinauia, la Suede, & la Noruege.

SVIONES

SVEONES.
Eginhardo.

Iornando
Suetans,
& Suetidi.

la Sueuonie,
les Nordles,

SCANDII nomen retinent in Prouincia Sconia, aliter Scaniâ.

HILLEVIONES, aliter Helleuiones, Ptolemæo Leuoni, fortè pro Hilleuoni: hodie est Regio Halland, seu Helland, & Hilland. Hi autem dicuntur quingentos incoluisse pagos, quare mirum non est, si eos porrígam per totum Orientale latus montis Sueuonis, qui totum hunc tractum bifariam secat hodie, *les Montagnes de Suede*, aliter *Daffrins*.

GVTÆ, seu GVTI, vbi vulgo collocantur Gothi in historiâ famosissimi, vnde in Germaniâ transisse dicuntur, grauiter repugnante Cluuerio.



& la Gothie;
ou la plus gran-
de part du
Royaume de
Suède.

FIRÆSI incoluere illam Regionem, quæ ho-
die nomen ferè retinet Fiering.

DAVCIONES videntur pars fuisse Gothorum,
neque enim vox Gantigoth, quâ vtitur Iornan-
des, multum abludit.

De FAYONIBVS, seu FAYONIS, & aliquot aliis
nihil occurrit.

SITONES

quorum
Regio Ne-
gigon Plinij
malè Æthi-
co Nori-
cum. Hic à
quibusdam
collocantur
Nortmāni,
vnde haet-
enus pars illa
Scandiæ di-
citur Nort-
mander, &
Nortbag-
ger.

La Noruege
Finnemak,
& les Lap-
pons.

LOCA

ILLV-
STRIOS
RA.

PO-
PV-

LI.

Bergi Plinio inter Insulas recensentur:
Bergæ dicuntur Melæ, & è regione Thule
les constituuntur, hodie Bergen, nobile
emporium.

Vmbilicus Maris, profundissima vorago,
cuius meminit Paulus Diaconus, quæ
bis in die fluctus emittit, & sorbet: ho-
die Mael-Stroom, inter Insulas Loffobt, &
Uveroe, vbi & sine fine patere dicitur
Oceanus ab eodem Diacono.

Rubeas Promontorium: Nortcap, &
Nortkin.

MARCHIOFINNI quos describit Pau-
lus Diaconus instar ferarum crudâ carnè
vescentes animalium, quorum hirtis pel-
libus vtuntur. A saliendo nomen habent,
quia saltibus feras assequuntur, ligno
vtentes in similitudinem arcus efformato.

SCRITOFINNI Paulo Diacono, Scree-
tوفننæ Iornandi, Scritifinni Procopio:
posterioribus temporibus Scredeuindo-
nes dicti, & eorum Regio Scredeuinda,
& Scridiuindia.

LUPIONES, Sarmatæ aliquando dicti,
dubitatur enim Tacitus, an has Gentes Sar-
matis, an Germanis adscribat.

FENINGIA

eius populi Si-
tonibus aliquan-
do adscribun-

SCYRRICUIUS vestigia remansere in Fl. Kyro,
qui in sinum Boddicum cadit.

HIRRICOLUISSÆ videntur Regionem quæ
hodie Hylandia dicitur.

tur

tur, la Finlan- CARBONES Carelliam obtinuere, & regio-
de. nem inter lacus Ladogam, & Onegam.

M I-	Ex-	BVRCHANIA Plinij Fabaria à Romanis dicta à similitudine frugis illuc prouenientis ; Burchanis Straboni & à Druso oras illas legente subacta, hodie Borchum, seu Borkum, vbi visitur turris dicta, Bon-huys, hoc est Fabaria domus, ita Hiero. Verrutius.
	St-	AVSTRANIA à Barbaris, Glessaria à Romanis: hodie Ameren, quia inquit Ortelius Ameren Germanis succinum sonat.
NO-	NVM	ACTANIA contra Albis ostium Heiligelant, tantum scopulus in praesentiâ.
	RES	CODANONIA omnes Insulas huius maris à Mela magnitudine, & fertilitate dicitur antestare, est igitur Sieland. In eâ & aliquot vicinis vixere TETTONES, seu Tuetoni, Æthico Theothoni, Iornandi Theuthes. Cluuerius putat traxisse nomen à voce Theuth quæ Deum sonat, vnde postea retentra significatione dicti sunt Godani, & Codani, ac denique voce truncata Dani, quâ primùm usi sunt Procopius, & Iornandes.
I N-	I N	CODANONIA omnes Insulas huius maris à Mela magnitudine, & fertilitate dicitur antestare, est igitur Sieland. In eâ & aliquot vicinis vixere TETTONES, seu Tuetoni, Æthico Theothoni, Iornandi Theuthes. Cluuerius putat traxisse nomen à voce Theuth quæ Deum sonat, vnde postea retentra significatione dicti sunt Godani, & Codani, ac denique voce truncata Dani, quâ primùm usi sunt Procopius, & Iornandes.
	S V-	ALOCIAE tres Insulæ à Ptolemæo perperam collocantur ad Occidentale latus peninsulae Cymbriæ, Orientale scribere debuit, suntque hodie Lefso, Rom, & Anholt.
LÆ.	Co-	
	D A-	
	N O.	

CAPVT IV.

De Regionibus Meridionalibus adiectis Germaniae.

QVATVOR regiones ex Galliâ, Italiâ, Illyrico deceptæ sunt, & additæ Magnæ Germaniæ, videlicet Heluetia, Rhætia, Vindelicia, Noricum, quas tibi hæc tabula exhibet.

§. I. Heluetia.

HELVETIORVM fines assignat Cæsar Rhenum, & Rhodanum
Parall. Geogr. Tom. II. D